

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

H E S I O D Y S.

H ΣΙΟΔΟΥ

ΑΣΚΡΑΙΟΥ

ΤΑ ΕΤΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

HESIODI ASCRÆI

OPERA QVÆ


EXSTANT.

*In eadem doctorum virorum Annotationes, &  
Lectiones variae e MM. SS. Palat.*



Ε Typographeio H. Commelini,

1510.





# HESIODI VITA E FVLVI VRSINI

Elogiis descripta.



**H**ESIODVM Dio patre, & Pycimedematre natum Olympiade prima, LX ante Romanam conditam annis floruisse, ex scriptoribus cum Gracis tum Latinis, colligimus. Patria illi Cumia, Eoliarum urbium una, ut Herodotus & Strabo annotarunt. Inde autem ære alieno oppressum patrem Dium migrasse ferunt, Ascremque Bœotiae vicum petisse; a quo Ascreum deinde Hesiodum dictum. Eius mortem, cum senex admodum esset, recitat Plutarchus in Dioclis conuiio. Proverbiū inde factum, Hesiodia senectus. Hesiodostatuam in publico Constantinopolitano gymnasio, quod Zeuxippi dicebatur, ex ære postam fuisse, intelligimus ex his Christodoriveribus in lib. 5. Epigrammatum Gracorum,

'Ησιοδὸς δὲ Ασκραῖοπειάστερ μόσχος  
Φεγγύμενος, χαλκὸν δὲ ἐβάλετο τύπον  
Ἐγέοντι μείζων ἀνάγκη μέλος. ——

\*

2

## HESIODI VITA.

Quos Laurentius Gambara Brixianus ita in Latinum transluit:

Hesiodusque choros Ascræus stabant agrestes  
Inter, Hamadryadum media sublimis in aula:  
Ærea & effigies fundebat ad æthera carmen.  
Pausanias quoque in Bœoticis Hesiodo statuam æ-  
ream a Thespensibus in urbis foro positam fuisse  
scribit. qui & aliam Hesiodo statuam in templo  
Iouis Olympici collocatā narrat in rerū Eliacarū  
libro I. De Hesiodo Velleius lib. I. Huius temporis  
equalis Hesiodus fuit circa centū viginti annos  
distinctus ab Homeri etate, vir per elegantis in-  
genij, & mollissima dulceâine carminum memo-  
rabilis; otij quiesisque cupidissimus, ut tempore  
tanto viro, ita operis auctoritate proximus, qui  
vitauit ne in id, quod Homerus, incideret; pa-  
triamque & parentes testatus est; sed pa-  
triam, quia malefactus ab ea erat,  
contumeliosissime.



A N N O-

# ANNOTATIONES IN OPERA HESIODI EX *doctiss. virorum scriptis collecta.*

PAG. III. ΗΣΙΟΔΟΥ. Super Homeriatque Hesiodi aetate, ait Gellius lib. 3. cap. 11. non consentitur uter natu prior. dubium tamen non est quin aliquo tempore eodem vixerint. ΑΣΚΡΑΙΟΥ. ) Sacerdos fuit templi Musarum in Heliconē monte Boeotiae, in Ascra pago ad radicem eius montis. Inde Virgilius, quia hunc Poetam e tot Georgicorum scriptoribus imitatus est, dixit, *Aſcraumque cano Romanae per oppida carmen.* (Eργα τῆς Ήμέρης.) Non dubium est quin idem Virg. initio Georgicorum hanc inscriptionem expresserit hoc versu,

*Quid faciat letas segetes: Quos sidere terram, &c.*

Breuiiter autem summam rei complectitur hic titulus: nam per *Opera* significat agriculturam esse artem quae non incerti otio, aut alieno sumptu, sed ipsa actione peragatur. Per Dies autem innat suō tempore singula facienda esse. In priori igitur *Operum* libro ad laborem adhortatur agricolam futurum. Obiter etiam alia atque alia præcepta de moribus tradit, ad iustitiam & pietatem colendam, iniustitiam vero & ignauiam vitandam. In secundo autem artem agriculturæ tradit. Duo ergo agit, primum, ut voluntarium habeat agricolam: deinde, ut peritum. v. i. Μέτρα. ) Duplēm inuocationē ponit: prior hæc ad Musas, posterior (v. 8.) ad Iouem dirigitur, ut in Perse fratre docendo sit auxiliator. v. z. Δεῦτε Δι! ) Δι! legendum monet Eustathius: quem sequitur H. Steph. δι mihi magis probatur. & ita omnes legisse interpretes veteres manifestūn: Proclum dico, Tzetzen, Moschopulum. & ita M. s. Palatinæ Bibliothecæ. Sic Orpheus Hymnorum suorum initio, Μαρχεριδη Μεσοῦ. v. 3. "Οὐ περιθέλλεται. ) Enumerat pias quasdam sententias de Deo. Porro in δι potest intelligi, inquit Tzetzes, πέποντος,

# IN HESIODVM

more Attico, ut sit δέντες, quomodo, cur: quod non nulli interrogatiūc, alijs vero abīque interrogatiōe intelligunt. Alij nō minus commode exponunt, δέντες, vel καὶ δέντες, Δέντες, secundum quem Iouem gubernantur homines. φαντάς & πόντος differunt ut apud Latinos loquor & dico. est enim φαντάς, de quo magna fama est: πόντος autem honoratus, & ad certam functionem & dignitatem assumptus.

v.4. Δέντες.) Musarum respōsio. vel, ut alijs volunt, poēta ipse respondet eeu a Mūsis edocitus. v.5. Ρέιαρρη.) Contractio est in voce πέια, ut Iliad. p. Virgil. quoque dixit αλυαία pro alisearia. vide Guil. Canterbury lib.7. c.17. AEsopus ( teste Lalitio ) quum rogaretur quid ageret Deus, respondit: τὰ μῆδαν τὴν λακά παπένοι, τὰ δὲ παπένα τὸν ποτό. v.9. Κλεῦ.) Inuocatio ad Iouem. Ἰερουσαλē vocat praecepta de moribus. Ἰερουσαλē, δέκα vero ἵπποι αὐθενταί. v.11. Οὐρανός.) Duplicationem narrat contentionem augendā rei familiaris; alteram vituperandam, quim per iniuriam & scelus cumulantur opes: alteram dignam laude. Τέλος, λογοτ., pro λογοτ., Attice. v.15. Οὐρανός, τελέφιλοι.) Ostendit non fieri per se, ut hæc coneturio tantopere diligatur ab hominibus cum tamen sit noxia: sed per accidens, quia scilicet non possunt discernere a vere experendis ea quæ falso boni speciem præ se ferunt: idque naturæ quodammodo fato. v.20, απάλαυρος, ineritem, qui manus nulli operi admouet. παλάυρος enim & manum & ipsum opus significat.

PAG. IIII. v. 1. αἰχμή.) Probat artificum inter se simulationes. Hos duos versus Plato in Lyside, & Arislot. Po- lit. & z. Rhet. & Galenus, ad priorem noxiā contentionem referunt. Plutarchus autem bonæ illi & salutari cum Poëta nostro attribuit. v.4. Ω Πέρων.) Alloquitur fratrem, & iam traditam doctrinam ad eius emendationem accommodat: eumque dehortatur a contentionibus forensibus, quia iniliciter circa eas versetur, cui singulis temporibus sui prouentus nō adfuerint. v.5. κακόχαρτος, epitheton apissimum in honestā contentionis, quia mali gaudet, vel quod mali ea gaudeat. ambigua enim huius vocis significatio. v.7. Ωρη.) abīque aspiratione, pro φερνίς. alijs legunt ωρη, i. tempus. v.10. Τέλεκαρπος.) Concessio ironica: Quando ditatus es, & abundas iam re familiari, nec animus

# ANNOTATIONES.

animus a malo reuocari potest, age per me licet litiges quandiu voles. v. 15. Ἀρμάζων. ) Βασιλέας vocat praefectos singularum urbium, quemadmodum & Homerus. v. 17. Νύπτοι. ) Mediocritatem commendat, & redarguit iudices & gubernatores qui indulgent suis cupiditatibus, & a vita frugalitate digrediuntur ad αὐλεορεξίαν iniustam: & ostendit primum ipsos ignorare vim & utilitatem iustitiae longe potiorem quam iniustiae & αὐλεορεξίας: deinde etiam non considerare quanta sit commoditas tenuis & frugalis vietus. Intelligit ergo per οὐμον, medium inter lucrum & damnum, quod est iustum, & honestius atque utilius ναυάς, i. toto, quo & sua pars retinetur, & alterius ad se pertrahitur. Plato 5. Polit. & 3. Legum intelligit de mediocritate in statib. ciuilibus amplectenda. v. 19. Κρύψαντες ψόφιχτοι. ) pro ἐκρυψών, Attice, occuluerunt. Causam huius ignorantiae ostendit esse voluntatem Dei, qui voluerit abscondi ab intelligentia communi hominum hanc faciliore vitæ rationem. v. 20. Πηδάων. ) Illius primæ & melioris vitæ rationem commendat, ita ut ostendat in ea seruata posse facile quemque non admodum industrium vel unius diei labore efficere quod sufficiat in integrum annum. v. 22. πηδάλιον) Quidam non pro nauis gubernaculo, sed pro stiua, stiuanque pro aratro accipiunt. Solent autem rustici instrumenta lignea super sumosa laquearia collocare, ut sumus ea corroboret & induret. v. 24. Αἴσας Ζεύς) Longam fabulam recenset de Pandora, qua docet Iouem iratum abdidisse ignem, i. veritatem, quæ penitus abstrusa est in natura. Sed cum Prometheus ostendisset hominibus recta & honesta, misit Iupiter Pandoram, i. voluptatem, quæ multis rebus opus habet, augetque quotidie sumptus, & quamvis multis modis abblandiatur, malorum tamen omnium, morborumque cauſa est. Prometheus autem, i. sapiens aliquis monitor, vel ratio, vetat recipere voluptatem: at Epimetheus, i. sensus, non auscultans rationi, noxiām voluptatem incautus recipit, sed sero recepisse pœnitit. Non nulli paulo aliter exponunt, ut mox patet. Ηρακλῆς, q. οὐρανὸν περιπλεύσω, prospiciens, solers, industrius, eo que nomine secundum quosdam intelligitur vis humani ingenij. v. 27. Κρύψε. ) Iupiter abscondit ignem, cuius beneficio

# IN HESIODVM

fere omnes artes excentur. Vel ignem, i. mentis vim solerterem, ut simplicius viuerent homines.

P A C. VII. v.1. Εὐχείλη. ) Ignem ferulis optime seruari auctor est Plinius libr. 13. cap. 22. v.4. Χαῖρες. ) Est quendam εργοποιητική approbatio. Pulchre hic notatur ingeniosorum studium, & inconsiderata in successu suorum conatuū lætitia. v.7. ἡστραγένη. ) Ea fere est humana rerum conditio, vt illæ ipse cupiditates quæ omnis generis mala secum trahunt, nos delectent. v.9. Ηφαιστος. ) Recenset iam quomodo Pandora condita sit. M. Garbitius sensum huius fabulæ sic explicat: Hominem prius habuisse sinceriorem & puriorem naturam, simpliciusque vixisse. Postquam vero lasciuia mentis ipsius contra voluntatem Dei, sibi vendicat ingenij & cognitionis vim excitatorum, inde quasi transformatum in aliam naturam & χρόνον corporream, & illam quidem excellentem virtutibus cælestibus, sed quibus corporeis sece contaminatis, mens humana & ipsa ex confortio contaminata, varie abutatur ad lasciuiam & luxuriam variarum artium & iuuentionum: & hoc sub spe & specie boni, & vita melioris; sed quam omnem industriam suam posteriore consideratione, & euentu stultorum magistro, experiat contrariam esse suis effectis, sola que ipse reliqua sustenterit in perpetua anxietate animi. Ceterum si de voluptate hæc potius libeat intelligere, dicemus Poëtam hic significare non unum esse genus voluptatis. v.15. Καὶ πόθε. ) Indefessam cupiditatem superandi alios: vel ( secundum quosdam ) desiderium vehemens, vt vehementer ametur. γυμνόγει, vox apta meditationibus & curis, quæ ad satietatem usque arrodunt & absument membra: sicut fere videre est ingeniosos, pallidos & extenuatos esse. Aliam etiam interpretationem addit Proclus, quam nonnullos assequitos non esse animaduerto: γυμνόρρεις μελιδύρας, inquit, οἱ τὰ γῆς καρστήσας. τὸ γδὲ οὐρανὸν καὶ τελείων οἱ παλαιοὶ κρεῖν ελεῖσθαι. de curatura, quæ bonam virginum naturam corruptit εἰ τῷ γυμνῷ πίζειν, Proclum agere existimo. v.16. Εὐτέρη. ) Impudentiam intelligit, quæ utrique interpretationi quam attulimus cōmode applicari potest. Solent enim homines voluptatibus dediti nullam prorsus honestatis rationem habere: itemque negotiatores,

## ΑΝΝΟΤΑΤΙΩΝ ΕΣ.

tiatores, & πλεονέκτημα varijs artib. & dolis lucrum captare. v. 20. Ζωσ. ) Hoc potest de bellicis dotib. intelligi. v. 21. Αρφι. ) Ηερώ dea eloquentiae est.

PAG. VIII. v. 3. Παρδίπλω. ) Quidā (ut ante monuimus) voluptatē exponunt. Alij variam quandā ingenij & mentis industriam propositam, quam admirantur homines tanquam magnum suum bonum, cum sit ipsorum malum. Quod in irum est, cum mens humana tam diuinis dotibus sit exornata: sed hoc sit per accidens, vitio naturae. ἀλφισάς, intelligit solertes, qui discedunt a simplicitatis rectitudine: & qui curiosi sunt. v. 7. σοὶ Επιμηθεός. ) Mittitur donū ad Epimethea & recipitur. Num pars inferior cupiditatum & affectionum, quæ est iste Epimetheus, id est, vis animi humanae inconfiderata & præceps, non obsequitur plectunque parti superiori meliorique mentis & rationis, quæ est αὐτοῦ animi hominis. Ideoque specie huius boni deceptus, polsca noxium compaciens, sero recepisse pœnitet. Rebat ergo Horatius, -- *nocte empta dolore volvuntas*. v. 13. Νέος φύνεψις. ) Hæc dux particulae quanvis idem denotēt, intendānt tamen hic significationem. v. 15. Αἴψα. ) καρόντες hic pro malo extenso accipitur. v. 16. Αἰδάριον. ) Prouerbi. οὐώνειν ὄλεθροι. Mulier, id est, appetitua & fœminica affectio, & publice indulgentia δημογενεῖ & ψυχαγογεῖ, atque οὐ φειδεῖς, vnde laxatur disciplina severior. Hinc deinde sublata disciplina tanquam operculo Pādorę, i. corporis & animi humani, statim quasi ex antro AEoli venti & impetus affectuum, *Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant*, & nusquam non peruadunt, & nihil non moliuntur. Quod tamen spes remansit, significat neminem tam desperatis rebus esse quin aliquando speret. Ouid.

*Vivere spes videlicet morituri erat.*

v. 20. αἰσθατή γδ. ) Ratio solius spci in pyxide relicta. Magnum certe dei donum spes, quo solo affectu homines inter tot ærumnas sustentantur & aluntur, & sine cuius condimento omnia non solum fatua, sed etiam insuauissima sunt.

PAG. XI. v. 1. Εἰσὶ θεῖαι. ) Quinque ætates iam finit: quo commento significat naturam & mores subi de deteriores fieri, & vitia hominum augeri. Hanc descriptio-

# IN HESIODVM

nem etatum omnes fere Latini Poëtæ imitati sunt. *εκηγρυφῶν*, significat expositionem ordine factam & integrum, neque tam prolixam. v. 4. *Xρύσοι*. ) Aureum, ut inquit Plato, propter præstantiam naturæ, morum & vitæ. v. 7. *σέτες*. ) Cognoverat fortasse Poëta aliquid de vita primorum parentum in paradiſo: & ideo respiciens eo, hæc dicit. v. 10. *εὐθαλίζοντες* ēḡm̄s, sacris epulis. v. 16. *δαιμόνες*. ) Hæc omnia non multum discrepant ab ijs quæ sacra scriptura tradit de bonis Angelis. v. 21. *Δάινεργοι*. ) Alterum seculum describit per suas circunstancias, quod Argenteum vocat: & eo deterius priore fuisse ostendit, quo argentum est vilius auro. v. 26. *ῆγες μέτεροι*, vocat medium ætatem, quæ Græcis *ἀρχὴ* dicitur.

PAG. XII. v. 5. *Ζεὺς Κρεβατίδης*. ) Significat propter impietatem & neglectam religionem mortuos esse: docetque ob id factum ut non conuerterentur quidem in diuinos spiritus, ut illi priores, sed tamen essent beati, & sub terra degenerent. v. 10. *Ζεὺς 3.* ) Tertium genus hominum æri comparat, immane, ferox, & omnino Martium. fortasse Gigantes intelligit. v. 12. *εὔρεταια*. ) Fingit natos ex arboribus, ut significet duritiam & feritatem animalium, ut pote qui toto imperio ad armorum & bellicorum instrumentorum usum ferebantur. v. 13. *οὐδὲ παῖς τερπνοί*. ) Non frumentum ederunt: sed primi pecudes laniarunt, & carne vesci coeperrunt, quod antea magnum nefas est creditum. v. 26. *Ἄρθροι*. ) Quartam ætatem Heroicam appellat, quando Hercules, Iason & alijs Argonautæ vixerunt, qui Heroes vocati sunt, quod virtute communi hominum naturæ præstarent, & semidei, vel quod altero tantum parente deo nati essent, vel quia in natura humana, virtute diuina prædicti essent.

PAG. XV. v. 1. *ἰωλαπίλωφ*. ) Ad differentiam Thebarum AEGyptiarum quæ dicebantur *ἰωλαπίλωφ*, & illarum quæ dicte sunt *ἰωλαπίλωφ*, a monte sub quo sitæ sunt in Cilicia. v. 2. *μήλων*. ) id est, propter regnum ac potentiam, nam prisci reges pecoribus diuitias suas metiebantur. Etcocles & Polyaices filii Oedipi, monomachia de regno decertantes ambo mutuis vulneribus conciderunt. v. 9. *Ἐργασίαροι*. ) De fortunatis insulis vide Plinium libro 6. cap. 32. & Homerum Odysseæ 4'. v. 12. *Μακίτ'*)

Descri-

# A N N O T A T I O N E S.

Descriptio postremæ & senectæ ætatis, quæ moribus est pessimis, impijs & depravatissimis, vitæque cursu calamitosissimo. vox ἄφελος usurpatur adverbialiter significacione optandi, & tamen formatur ut verbum, tribus personis. v. 21. Οὐδὲ γένεται. ) Eleganter hunc locum expressit Ouid. nec hospes ab hospite tutus, Non sacer a genero, fratum quoq[ue] gratiarerata est. v. 25. Ψεύτησα. ) οὖτις Poëtæ usurpant pro intuitu, & præcipue Dei, & hominum in imperio constitutorum: hinc pro gubernatione diuina: ex hoc prometu, reverentia, & cultu. Hinc ergo illi erunt proterui, quia nulla reverentia nec erga Deum, nec parentes præediti sunt. v. 26. Γνωρίσκω. ) Athenis capitale fuit, Ψεύτησα non perfolueret parentibus. v. 27. Χειροδίγη. ) violenti, quibus ius est in manibus, qui neque ius neque leges norunt.

PAG. XVI. v. 1. ὑβέρω. ) pro ὑβέρῳ, ut Latinis scelus pro scelesto. v. 5. Ζῆλος. ) Iam redit ad primam propositionem de litibus. Posteaquam vero præclare affectum inuidiae epithetis suis descripsit, fingit Pudorem & Nemesis deas, reliquissimè terras, i. nec pudore bonos abstuleri amplius a turpitudine, neque improbos metu vindictæ. Nemesis enim hic significat iustitiam quæ vlciscitur malefacta flagitiorum. Locus hic vere philosophicus etiam a Platone in Protagora tractatus fuit. v. 12. Νῦν οὐδὲν. ) Narrat apogenum, quo notat potentiorum mores aduersus inferiores. οὐδὲ fabulanī eiusmodi significat quæ figurate & tecce contincat admonitionem seriam & grauem, & ex usu vitae petitam. v. 13. αἰδήσω. ) per Lusciniam intelligit doctos homines & sagientes. vocat hanc auiculam πειζιλόδερον, gutture vario, propter soni & vocis varietatem. v. 17. Δαιροῖν, τιμὴν. ) Tyrannica vox, plane proverbialis, de alterius vita pro libidine statueris. v. 20. Ἀφεω. ) Epiphonema seu ἴππυνθιον huius fabulæ, quod monet non esse relucentium potentioribus. v. 23. Ωὶ Πέρην. ) Primum præceptum, quo fratrem ad iustitiam colendam, & iniustitiam vitandam adhortatur. ὑβέρω opponit iustitiae, quia pro iniustitia universaliter hæc vox usurpatur: quanvis tamen sepius accipiatur pro insolentia quæ comitatur dinitias.

PAG. XIX. v. 2. παρθεν. ) Proverbialis locutio, quæ si-

# IN HESIODVM

gnificat miserrimam esse prudentiam quae ex malis nostris perdiscitur. v.3. Αὐτίγε. ) Commoratur in collatione iustitiae & iniustitiae, ut hominibus metum inquietat ne contra iustitiam faciant. Per ὅπερ intelligit omnem fidei violationem : per δίκας συστάσις, lites iniquas quae falso intenduntur per calumnias & fraudes. v. 4. πόθος. ) tractus violentus, quo iustitia dicitur coacta, pro fraudibus accusantium, & iudicium. v.6. Ήδη ιαττε. ) Subintelligendum fortassis κέ. οἵτε, i. coetus, conuentus, statuta, & alia quae sunt in consuetudine ciuii. v.9. Οἰδη θε. ) Eruditissime insignia iustitię præmia & commoda enumerat. Eadem forte recenset Homerus in clypeo Achillis. v.24. Πολλάκι. ) Hęc sententia totidē fere verbis est in Ecclesiaste: *Sæpe unixer- faciunt mali viri pœnāluit.* ιπαρθή, dicitur luere peccata.

PAG. XX. v.2. Η τῶν γε. ) Hęc & similia procul dubio ab Hebreis ex doctrina Mosis & Prophetarum defumpta sunt, apud quos crebræ sunt huiusmodi comminationes. v.7. τρισσατ. ) Emphasis huius vocis significat eiusmodi odio inter se mutuo exasperari homines, vt potentior impotentiorem plane conterat, & ad nihilum redigat. v.19. Τεῦται. ) Principes dehortatur ab iniustitia, trib. peculiarib. argumentis, quorum primum est v. 21, Οἱ αὐτῷ : quæ sententia mite conuenit cum ista, *Incidit in foveam quam fecit.* Alterum, v.22, a prudentia & animaduertione diuina. Tertium, v.24, ab abiurdo, & indignitate rei.

PAG. XXIII. v.2. Ω Πίρων. ) Denuo fratrem ad iustitiam colendam adhortatur, argumento sumpto a natura hominis. v.14. Σοὶ δέ. ) In sequentibus Poëta laboris & industriæ fructus, incommoda vero & opprobria ignauie varijs argumentis declarat. v.15. κακόθηκε. ) hic pro malo interno accipitur. v.17. Τῆς οὖτος. ) Argumentum a natura virtutis. Ita enim laborem proponit, vt coniungat cum virtute & iustitia. Hunc locum imitatus est qui literam Pythagoræ descripsit. v.21. Οὐτός. ) Tria hominum genera describit. Littius in Fabio & Minucio hunc locum penne ad verbum expressit: *Sæpe ego audiui, milites, eum pri- mum esse virum, qui ipse consular quod in rem sit: Secun- dum eum qui bene monenti obediat: Qui nec ipse consu- lere, nec alteri parere scit, cum extemis iugenij esse.*

## ANNOTATIONES.

PAG. XXIIII. v. 4. οὐδέ τις. ) Καθάρος, αὐτόνοι, abscondo, & ἔργον, cauda, quod aculeum non exerant fuci, vel propter ignauiam, vel quia non habeant: fucorum enim alii aculeos habent, alii non, ut Plato docet. v.11. Εἰσῆγε. ) Est occupatio contra fratris & multorum stultam opinionem. v.14. Δαιμονίου. ) Occurrit obiectioni de paupertate. v.17. Αἰδος. ) Occupatio item est, non esse turpe laborare, præsertim egenti. Citatur hic versus proverbialiter, mendicos debere esse impudentes: verum hæc neutquam Hesiodi sententia est. Est enim duplex verecundia. Prodest in loco pudor: obest, si eo ignauiam nostram prætexamus. Pudorem ergo inertium improbat, quos vocat Virg. *Degeneres animos.* v.21. Εἰσῆγε το. ) Duo genera iniuriæ facit. Sunt qui alienas facultates vi rapiant. Alii per fraudem & periuria ditescere cupiunt. v. 26. παῦεγε. *Male partum, male disperit.* &, *De male quæsitis non gaudet tertius heres.* v.27. Τοτ. ) Supplicem antiquitus nefas erat non solum lædere, sed & ope priuare. Ius etiam hospitijs sacrosanctum habebatur: unde Iupiter ξένος.

PAG. XXVII. v. 9. Καθάρω. ) Præceptum de cultu diuino. Primus est, hostiarum femora pinguedine obducta tremare. Secundus, libare, cum vinum effunditur. Tertius, suffitum facere. v.17. Εἰσῆγε. ) Hoc intelligendum de difficultatibus insuetis & improuisis. v.18, οὐδὲντοι, i. sine mora. Affines autem cunctantius adsiunt, & non tam prompte. v.20. παῦες ) i. famam, honorem. v.22. Εἰσῆγε, dimensum accipere, vel mutuo.

PAG. XXVIII. v. 9. αἴθεται λιμός. ) Sic vocat famem ab effectu, quod nigrum aut luridum colorem inducat. v.14. Αρχεψός. ) Extrema liberalitatis fugienda monet, vt ne quis prodigus, ne quis sordidus. Vinum in summo tenuius est, quod sit proximum aëri: in imo feculentum est: in medio autem purum. Ergo in medio probatur parsimonia. v.15. Σφράγις. ) Proverbium in eos qui omissis demum occasionib. incipiunt sapere. v.17. Καί το. ) Non temere vili fidendum monet, ita vt etiam cum fratre iocans, testem adhibeas. Vel, secundum quosdam, vt etiam cum fratre caute agas, fide quadam interposita, non apercere quidem, sed quasi per iocū,

# IN : H E R O D Y M

**F**ine offensione fratris, & aliqua diffidentiae tuae indicatio-  
ne. v.19. πυρελός.) De meretrice intelligit, quae im-  
modicæ elegantiae cultus sit dedita. v.27. Σοὶ σὲ.) Con-  
clusio generalis: vel μαγγανὸν ad doctrinam sequentis libri.

## IN II. LIBRVM.

PAG. XXXI. v.1. Πλαιδὼν.) Hic secundus liber con-  
tinet præcepta de agricultura & administratione rei fami-  
liaris. Hoc autem loco primum per ortum & occasum Pleia-  
dum ostenditur tempus mesis & arationis, tam pro locis  
maritimis, quam a mari remotis. Sunt autem Pleiades, & stel-  
lae in tergo Tauri, Latini Vergilias vocant. Siderum autem  
ortum & occasum trib. modis aduertit agricola. Quod So-  
li orienti cooritur coocciditque, ἡγεμονῶς oriri vel cadere  
dicitur. Quod Soli occidenti, ἡγεμονῶς. Quod autem Solis  
aduentu abituve occultatur aut emergit, ἡλιακῶς. Quan-  
do igitur Pleiades mane ante Solis ortum conspicuntur,  
quod fit mense Junio, mellem inchoari vult. Quando au-  
tem mane sub terram descendunt (quod fit mense Nouem-  
bre) arationis tempus adesse dicit. v.3. Αἰ δῆ.) Occulan-  
tur 40. dies & noctes propter vicinitatem solis, Taurum &  
Geminos peragrantis: quod est a Maio usque ad Iunium.  
v.4. εὐπλούσιος.) Epith. anni, a πέλοψῃ, i. exusto: vel νο-  
λέων, verto: vel a εὐπλούσῃ. v.7. αὔξετα.) Palustrem  
terram significat. v.9. γονεὺς.) vult ut hos labores perfici-  
at mature & ante sauitiem hyemis, atque sollicite & festi-  
nanter, ad egestatem & eius molestias vitandas. v.21. νο-  
πὸς.) Alij fortasse melius νόμος legunt, id est, oratio vel  
series verborum ad persuadendum apposita: nonnulli etiam  
de modulis & cantu mendicorum intelligunt. v.24. Κη-  
τλίων.) famulam intelligit iure acquisitam: Aristoteles ca-  
men initio Oeconomici sui ad uxorem refert.

PAG. XXXII. v.2. ἔνηφις.) ab ἔνη, i. postremus dies  
mensis. v.9. Σείχεος.) Stella est in ore canis maioris, ad  
Iarus Austri, vicina Leonis; dicta quod nimio calore exiceat  
& debilitet vires humanas. v.11. πλεῖον.) Vbi sol accesser-  
rit Scorpium, Canicula mane aliquantisper ante solem, or-  
tu Heliaco, conspicitur: orto autem sole statim labitur sub  
terra. v.15. Περ ὀλυμπον τριπάθῳ quidam intelligit mor-  
tarium trium pedum, quo veteres usi sunt pro mola. v.18.

δικαστήριον

## A N N O T A T I O N E S.

*Διηγέρω.*) a δέρρ, i. palmus, quod munerum datio δέρρος appellatur: id autem geritur per palmam manus. v. 22. *Αἰλουρός.*) Sic vocat Ceterem, quod ipsa Athenienses, adcoleque omnes homines, de frugib. docuerit. v. 25. *Αὐτόχθον.*) stratum quod habet dentale solidum & adnatum, non affixum: vel quod nō sit plane elaboratum, sed usque ad dentale.

PAG. XXXV. v. 6. δεκάδα λαρυγγί, i. octo mortuū, a βλαβής mortuis, ita tamen ut unum frustum habeat binos mortus. Seruum intelligit robustum, qui integrum panem in 4. partes diuisum absummat in cœna: vel cui opus sit pane cuius quadrates octonis bolis seu partibus constent. v. 7. "Οστά." ) AEtatis quam in seruo requirit, rationes addit admodum graues, sentitque multum sicum esse in maturitate ætatis. v. 10. ιπιαστογίν, ) q. superfluminatio, quæ usurpari solet cum prior sementis non est rite perfecta. v. 12. Φρύξεος.) Tempus arandi indicat per clangorem gruum auolantium, idq; ( ut Poëtæ fingunt) in AEgyptiū, ubi belligerantur cum Pygmæis. v. 17. Ρηιδος.) Occupatione negligentiam & incitiam rusticorum taxat, qui non considerant quibus opus habeant, sed in alienam opem suht intenti. Respondet ergo eadem opera posse aliquem petere & negare. v. 22. Εὐτ' αὐτοῦ.) Docet diligentiam quæ est adhibenda in aratione. Addit ( v. 24. ) signa & circumstantias, qualis terra sit aranda, siccæ scilicet & humida, i. non lutoſa, & tamen maledicta. v. 26. Εἰαξ.) Modus & ratio arandi traditur. Pingue solum solet quater arari: Qui vero tenuius solum habent, ter arant. Prima aratio est proscissio: secunda fit mensē Junio, quæ est iteratio: tertia, cum ante sementem aratur, quæ est tertiatio. v. 27. Νεὸς.) Cōcedendum est suum interuallum terræ, quo interquiescat, ut deinde copiosiorem fructum ferat. Est autem Nouale, ager qui alternis annis scriitur. καφίζεσσι, id est, recens aratam, adhuc elevataam. v. 28. ἀλεξιάρη.) pellens execrationem. Solent enim agricolæ maledicere quando fructus ex sententia non proueniunt. δύκηλατρεψ, liberos exhilarans, utpote quibus suppeditet copiosum victum.

PAG. XXXVI. v. 3. Αρχέμηθος.) Quomodo sit atandū. ζέταη, stiua, quia αὐτῆς οἱ ξεται οἱ δρόται, quod eam manus tenet arator. v. 5. "Εὐθυνερ.") καρδία δέρρος, καὶ θυμέσσος,

# IN HESIODVM

inquit Hesych. vet. c. Palat. ἐρθυος, i. θρύνος, vel αὐτὸν τὸ  
ἰερόσια. lignum esse dicunt quod est proximum temoni.  
v. ii. Ex αλ̄. ) quia scilicet omnia sepositoria & vasa repleta  
sint. v. 12. ἐρθύμνος. ) cum inquisitione & delectu capiē-  
tem. v. 15. Ειδ̄. ) Improbat hic arationem dilatam ad sol-  
stium hybernum. v. 16. "Ημέρα. ) ob culmorum bre-  
uitatem scilicet & paucitatem. Singula verba significanter  
hic ponuntur ad declarandum tristem euentum tardae arati-  
onis. v. 19. "Ἄλον. ) Αἴθυποφορά, & mitigatio præce-  
pti de tarda aratione, quod tempestates variæ sint pro vo-  
luntate Iouis. v. 22. "Ημέρα. ) Pulchra Veris descriptio est.

PAG. XXXIX. v. i. Πάρα πλίθη. ) id est, παράγεχι, πα-  
ρίπχε, vt gloss. & *Præteri* interpretandum, potius quam  
*accede*: licet utramque interpretationem Proclus admittere  
videatur. Monet enim diligentē agricolam ne vel tem-  
pus hibernum, more vulgi, ociosis & inanibus confabula-  
tionibus transfigat, sed tum etiam rem familiarem promouere  
studeat. Per χάλκεον θῆρα intelligit officinas ferrarias,  
in quas antiquitus in Græcia pauperiores & ociosi solebant  
conuenire ad collocutiones friuolas, sicut apud Romanos  
in tonstrinis. Pro ἐπ' ἀλίᾳ, vt constet versus, quidam le-  
gunt, ἐπ' ἀλίᾳ, neutro genere, *in locis calidis*, ab ἀλέρᾳ.  
doctiss. G. Canterus ἐπαλίᾳ uno verbo. quē vide lib. 5. c. 23.  
Λέχαι quondam dicebantur conuenticula Philosophorum;  
deinde quia inter ipsos plerunque de rebus leuissimis agita-  
batur, factum est vt mendicorum conuentus etiam hoc no-  
mine vocarentur: atque inde etiam ipsæ nugæ λέχαι dictæ  
sunt. v. 5. λεπτῆ. ) Aristot. 1. secl. Probl. scribit fame  
diutina laborantibus pedes intumescere. Superiores autem  
partes eadem ratione extenuantur & macrescunt. Huc allu-  
dit Poëta cum iubet cauere, ne pedem tumefactum tenui  
manū demulcere oporteat. v. 6. Πολλὰ. ) Verissimum est  
Columellæ dictum, *Homines nihil agendo, male agere discunt*.  
v. 12. Μήνα. ) Hyemis tempus, & mensem Boreali frigore  
grauissimum copiose & eleganter describit. Αἰώνων, men-  
sus Ianuarius est. Lenæa cùm Bacchi feriæ & Pythia sub id  
tempus agebantur, cum vini primitias libabant. Βόρεος  
vocat frigora, quæ adurunt & excoriant etiam ipsos boues.  
v. 15. "Οσπ. ) Naturam vini, effectus Boreæ prolixè decla-  
rat.

# ANNOTATIONES.

41

rat. v.26. οξεχαλὸν.) inclinatum, contractum vel propterantem in incessu, quamlibet alioqui tardum. v.28. Ἡτε δέρμα. ) Curam virginum in honestioribus familijs exponit, quæ domi asseruabantur, nec in publicum prodibant.

PAG. XL. v.4. ὅτι μίσθιον.) Polypi hæc natura est, teste Plin. lib. 9. c. 19. vt fame laboras sibi pedes arrodat; quo maxima hyemis saeuitia notatur: & quia vehementer frigore laeditur, latet plurimum in antro suo. Vocat hanc speciem Polyporum μίσθιον, quod cartilaginem pro spina habeat. v.7. Αλλ' επὶ. ) Soltum cum est in Sagittario, diutius versatur apud AEthiopas, qui sunt meridionales, quam apud Gracos. v.13. γλαφύριον.) pro γλαφυρόν, τείποδεργάτης, homini seni, tertio iam pedi, nempe bacillo, innitenti. Vide proverb. *Bæotica enigmata*. v.17. Χλαῖρα. ) ξυπὼν interior vestis erat, supra quam utebantur pallio. v.18. κερκηρία.) pro κερκίδα. v.21. ἡ φιλαρύνοιο.) quem fuit difficile prostertere: vel qui fuit robustus cum prosterneretur. v.25. Υετός.) ad pluviā propulsandam: vt ἀλεή sit ab ἀλεύσαται. Gloss. m. s. Palat. Σὲ μετρέσθε πειθῆς ἀλεωπλῶ, ad propulsandam pluviā. Quare expungenda erit illa interpretatio quæ habet ἀλέω, temorem.

PAG. XLIII. v.1. Αὔρη περφέρε.) Vapor ex terra in nubibus percussus & in aquam resolutus, decidit: humectat autem aer sata & arua. v.9. μετέριον.) Repetit admonitionem de vitâdo hoc mense Ianuario: cuius difficultates hactenus descripsit. v.11. Τῆμος.) Bobus dimidiā partem pabuli detrahendam, viro vero aliquid addendum: in nomine scilicet. Nam Graeci homines tantum coenabant, & largius quidem. v.12. Δίφεργον.) Sic vocant Poëtæ nocte, περγὴ τὸ δίφεργον, ἐπεῖς σὲ αὐτῷ: vel, Δίφεργον τὸ περγὸν τῆς αἰγαλούσεως. v.18. Αρκτεργόν.) stella est sub zona Bootæ: oritur vespere initio veris. v.20. Πανδίον.) Hirundinem intelligit: respicit autem ad fabulam de Progne & Philomela, Pandionis filiabus. v.24. Εὐφάρον.) Poëta videtur in ea opinione esse vt putet hirundines hieme latere quasi mortuas in suis nidis. Alij putant eas auolare in regiones tepidiores. v.23. Αλλ' ὁπέρ.). Mælis tempus describit. Per φερίονγα intelligit testudinem, quod domum suam circumferat. Alij aliud animalculum intelligunt, quod

# I N H E S I O D V M

pro vitando Solis xestu solebat ascendere plantas & virgulta.  
v.26. Φεύγει.) Prohibet tempore messis somnum ad multam lucem protrahere.

P A G. XL IIII. v. 13. Βιέλησθαι.) Biblinum vinum dicitur a Biblia regione Thracie, ubi nobilissima vina sunt.  
v.16. αίσθηται.) vinum rubrum pinguis est, & magis alit, tenuiusque est, & faciliter penetrat. v.20. Τείσιονθαι.) Graeci nunquam inerum bibere solebant. Athenaeus hanc diluendi vini confititudinem suisse dicit, vt ad duos vini cyathos, quinque aquæ adderentur: non nunquam ad quatuor vini cyathos, duos aquæ. v. 22. οὐτ' αἰτ.) Id incidit in dicente Augustum. v.24. Μέτρο.) Monet mensurandas esse fruges, vt sciat agriculta quantum ex agro redeat.  
v.28. καρχαρίδαι.) a sono fauum videtur. Sunt autem canes asperrimis dentibus, & omnium firmissime tenent semel in fauces recepta.

P A G. XI. VII. v. 1. ἡμεράρχαι.) furem intelligit.  
v.2. συρφεται.) Intelligit non tantum paleas, sed & folia vitium, quercuum, tum vero herbas, aliaque id genus quæ pecoribus in hieme possint esse non incommodum pabulum.  
v.4. γεωία.) Visitatum est Poëtis usurpare hoc vocabulum pro potentia, viribus, & robore. v.5. Εὔτ' αἱ.) Tempus vindemiae describit. v. 8. Δέξει.) Hoc intelligunt nonnulli de quadam certi vini præparatione, in qua rationem faciendi vias passas complexus sit. Alij generale præceptum esse putant de modo vindemandi pro temporibus & locis illis optimo. v.14. Εἰ δέ αἱ.) De navigatione præcepta quadam subiicit. Fuit enim illis familiare, deuehete fruges & merces. v.22. Χείρος.) clavum significat quo foramen in nauis carina obstruitur, quo amoto naues in siccum tractæ aquam in sentina collectam emittunt.

P A G. XI. VIII. v.1. Ωτεριψ.) Exemplum patris sui proponit, quem dicit ex patria profugisse nō propter inuidiam ex opibus confiatū, sed propter paupertatem. v.7. Νάσαται.) Describit nunc patriam suam Poëta. v.11. Νῆσλ.) Mediocritatem tutiorem esse dicit. v.17. Οὐτ' οὐ.) Remouet a se reprehensionem ob imperitiam. Hic videmus οὐφίζει primo usurpatum suisse cum laude, pro docere, & tradere aliquid eruditius præ alijs. v.22. Αρφιδάρχαι.) Amph-

## A N N O T A T I O N E S.

**A**mphidamas rex Eubœæ in bello aduersus Erythræos decisus fuit: in cuius obitū filij eius certamina edixerunt. Apparet sane Hesiodum Homero posteriorem fere centum annis fuisse: proinde cum eo in hoc certamine non certauit.

PAG. L. I. v. 3. "Ημέρα.) Tempus navigationis commodissimum tradit, astrium scilicet. v. 9. Εποίησις.) Prouerbialis est hic versiculus & valde pius, quo admonemur, quidquid nobis aduersum aut prosperum accidit, Deo ascribendum esse. v. 10. Λύγεντας αὐτοὺς vocat faciles & leues flatus, ut sunt Etesij & similes placidi. v. 18. "Αὔγω.) Vernam navigationem describit; quam ipse quidem non probat, ut periculosam, sed quæ tamen est usitata hominibus ob cupiditatem pecuniae.

PAG. L II. v. 6. Μήτρα.) Epiphonentare generali cōcludit modū esse seruandum. v. 7. Ωραιός.) Tradit tempus cōingio maturū in mare & semella. v. 10. τέτταρες.) Pollux quatuordecim exponit. Plato & Aristot. constituunt puerilæ decimum octauum annum nubendi. v. 16. Δεκαπελόχης.) quæ coinesationibus clam indulget, & quæ passim adit cōuiua. v. 17. ἀπερδελάξ.) sine face, id est, clam, etiam si foris nihil appareat. Et crudam senectutem, τὴν πυρφορεγήν vocat & præcocem. v. 18. Εὐσέβης.) De religione præcipit. θεοῖς, in Deo significat inspectionem & gubernationem rerum, iustamque indignationem contra impios; In homine autem respectum ad Dei metum & reuerentiam. v. 19. Μηδί.) Præceptum plenum humanitatis, nullam amicitiā præponendam esse sanguinis coniunctioni. v. 23. Διεπόστατη.) Iubet offensionem amici dupli vindicta pensare, id que eo ut agnoscat delictum: & tum si in gratiam redire velit, benigne recipiendum docet. Alij sic intelligunt, ac si in genere diceret nullum peccatum impunitū relinqui. v. 26. οὐδεὶς.) Tu vites omnia quæ in amicis improbantur, nec prodas animum tuum minus quam conueniat integrum. Vel, vide ne vultus tuus præ se ferat simultatem, sed ex animo eijs omniem pristinarum iniuriarum memoriam. v. 27. Μηδί πολυχεῖ.) Vtraque extrema liberalitatis fugienda monet. Est autem hic intelligenda prisca illa hospitalitas, quæ erat sacrosancta.

PAG. L V. v. 6. Αὐτοί μοι φίλοι.) morosus, id est, non sis

# IN HESIODVM ANNOST.

difficilis accessionis & collationis. v. 11. *Mnōl' aīr'*. ) Non esse mingendum contra solem. Vel allegotice, contra magnos & honestos viros nihil proterue & irreuereter agendū. v. 15. *Ἐξόρθωσ.*) Tunc etiam nū hodie religiosum est ut sedentes minigant, & ingens flagitiū designari credunt si quis in publico cacaret aut mingeret. v. 17. *Mnōl' aīdīa.*) A cōgressu vxoris ne fuerit accedas. v. 19. *Mnōl' dōm.*) Ab hilariore conuiuio, non a tristioribus sacris accedendū ad vxorem docet. v. 26. *Mnōl' dōm̄ πιντζ.*) Vngues nō esse præcidēdos in conuiuio, præfertim solenni. *πίντζος* vocat manū, quod quinq; digitis tanquā ramis constet. v. 28. *Mnōl' πιντζ.*) Duplex potest esse sénīus: vel, vt prohibeat paruum poculū supra craterem magnū collocari, vt ita potantib. inde haurire liceat quantū velint: vel vt ne velit paruum poculum pro craterē apponere, atque ita prohibeat parsimoniam in compositionibus. Tzetzes allegotice sic interpretatur: Vbi agitur de republica, ne proprium commodum publico præpōsueris, neque partem toti: ex hoc enim infortuniū sequitur, pretiosior enim crater quam trulla aut calix.

PAG. I. V. 1. v. 2, *Mnōl' δέμ.*) Spartam quā naētus es ornā. In quoq; genere verberis, in illud incumbe, & in eo persevera. v. 3. *Χρήσιν.*) Fama sinistra & maligna potest intelligi. *λακέρυζα*, pio *καλάρυζα.* v. 4. *Mnōl' dōm.*) Ex ollis nondū sacrificatis & illibatis non capiendum esse cibum. Quidam per *χυτόπαδας αἰεπιφέγγιας* intelligunt ollas supra focum stantes, ex quibus cibi nondū rite patinis infusi, inensis impositi atque consecrati sunt. v. 6. *Mnōl' ιώτ' ἀξιο.*) Prohibet liberorum collocationem super sepulcra & morticina, (quæ vocat *ἀξιοντα*, quod non moueantur, vel non sint mouenda,) quod prīcis infausū videbatur. Vel allegorice prohibet ignauiam, ocium & delicias in prole xii annorum. v. 13. *Mnōl' πετ'.*) Hi recte in fontes immingere dicuntur qui factam doctrinam commaculant. v. 16. *δέρλι.*) Boni nominis præcipuam curam habendam esse vult, quia (versu 17.) nulla fama prorsus euanscat tanquam inanis, & non omnino de nihilo sit quod vulgo fertur. famæ enim vim quandam diuinam etiam inesse. Ex hoc loco desumpsit Virgilius descriptionem famæ, 4. Aeneid. *Famamam-bam, &c.*

ANN.

# ANNOTATIONES

## IN DIES HESIODI

ex Ph. M. & Friso T.

TRADIT discrimina dicrum, qui fausti vel inauspicati sunt, item alia alijs dieb. licere. Quædam vero discrimina ad causas naturales referri possunt, quædam sunt ex superstitionib. Sunt autem etenim discrimina seruanda quatenus causæ naturales cogunt. Superstitione vero præter causas naturales est, & ex impietate profecta. Esset vero infamia non habere naturæ rationem, cum illa nobis vñi sit, & nostra causa a Deo condita. Itaque discrimina dicrum nata sunt aliqua ex parte, ex aspectibus quibus Luna intuetur Solem: nam quadrati aspectus cœnt pugnam naturæ cum motbo: sed superstitiosa obseruatione aucta sunt. Nam inde apparet non esse certam rationem discriminis dicrum apud Hesiodum, quod ait, alijs alios dies probari.

PAG. LVI. v. 22. Πεφραδέμδη. ) Τετραγάντα μένος. Ordinatur a trigesima mensis die, quam dicit optimam esse. Eo die exactiones debitorum & usurarum, ut patet ex Aristophane, similiter & forensia iudicia Athenis fieri solebant. Conveniebat enim populus in ferijs ut iudicaretur, doceretur de religione, & mores formarentur. Tum scenici ludi fiebant, qui vice concionum fuerant. Et hi ritus ad res politicas, non physicas, referendi sunt.

PAG. LIX. v. 1. Εὐτ' αὐ. ) Quidā Scholiastes hunc versum aliter intelligit, & ita interpretatur: ἐταν μὲν ἀληθείας κείσων οἱ αὐθικοὶ έτιμοι περέπας· οἵτοι οταν τὸν ἀληθῆ επιστευται. οὐδέδαν, καὶ μετ' αὐτοῖς οὐρανόδιοι. v. 3. Πρῶτον ειν) Atheniensis viensem, qui apud eos est 30. tantum dicrum, in tres decades diuidunt, quarum primam nominant ισαρέπου μένος, secundam μετεπτότ., tertiam φεύγοτ. Deinde primæ decadis diem primam εργάζονται, secundam διατέρητην ισαρέπου, tertiam, τεττάυτην ισαρέπου, & ita deinceps usque ad δέκατην ισαρέπου. Secundæ decadis diem primam, εργάζονται διηγη, secundam, διατέρητην διηγη, usque ad

## IN HESIODVM

diftimēn, pauci norunt quisnam dies p̄fet. v. 24. Tu-  
ngād. ) Diem xiiij. intelligit. v. 25. M̄t̄r̄. ) m̄w̄ḡi ol' aut.  
"Ελλ̄is hic est: nam ad dies referr̄ debet, ut sit sensus: Pau-  
ci post vigesimam mensis optimam probat sequentes dies.  
Nam & tempeſtatiū & corporū maximae mutationes  
ſiunt principio poſtemq̄ quartæ. v. 27. Aids μὴ. ) Epi-  
logus eſt praeceptorum. Eſt igitur conſiderandum quid re-  
ligio p̄cipiat, deinde quid oriatur ex cauſis naturalibus.  
Quod enim ſecus ſe habet, ſuperſtitio eſt. v. 28. Ai d'. )  
μετάδειν, promiscuum ſonat. ἀπέργοι autem videtur Po-  
litianus vertiffe emortuos dies. Et Hom. ſomnia vocat ἀ-  
νέργα, quaſi dicas inania.

PAG. LXIII. v. 1. "Αἴσθ. ) Hic videtur Hesiodum  
non ubique ſecutum certam rationem, ſed in plerique ſu-  
perſtitio[n]em & conſuetudinem hominum. v. 2. "Αἴσθ. )  
Proverb. Dies nouerca & parens. v. 3. Τάξων. ) Bene, in-  
quit, habebit qui ſervauerit diſcribina rerum. Adiecit ta-  
men Correctionem, quod alij alias probent ac laudent. Ve-  
rum iſte inculpabilis eſt, i.e ille non peccabit, qui non violabit  
ea quae religioſe & utiliter conſtituta ſunt. Nam Dīſauent  
ijs qui natura recte utuntur.

### B R E V E S   A N N O T A T I O N E S *in Scutum Herculis.*

IN SCRIBITVR hoc Poëma proprio nomine Herculis  
ſcutum, quod ciuſ p̄cipua ſit hic deſcriptio. Rei autem  
argumentū ſic habet. Taphij facta expeditione in Electryo-  
niſ boues, interemerunt fratreſ Alcmenæ qui armenta a vi-  
illorum defendere conabantur. Cum autē Amphitryo cum  
ea coire vellet, non prius promiſit quam de fratricidis pœ-  
nas ſumpliſſet. Quamobrem ipſe eo profeſtus iſlos interfe-  
cit. Eadem autem nocte cum ea coeunt & Iupiter & Am-  
phitryo: hic reuersus a proelio, ille vero hominibus auxilia-  
torem generare volens. Peperit illa ex Amphitryone qui-  
dem Iphiclim, ex Ioue vero Herculem: qui cum auriga Io-  
lao proficiſcit aduersus Cygnum, Martis filium: qui deci-  
mas ducentes ad Pytho, depradabatur. Profeſtus igitur ſcu-  
to pec-

## A N N O T A T I O N E S.

omnia ad quadratū aspectū pertinere videntur. v. 24. Τεργίδης hoc loco δύσχιζε, nō Occidere, vt vulg. interpr. v. 25. Εἰνέτ. ) Sic vocat vigesimum diem, quod summa dies sit μέσης μεσῆς τοῦ, diebus ἐφίσταται continuo inseguentibus. v. 26. Γήνετ. ) Hic pro πεπυχασμῷ nonnulla exemplaria habent πεπυχασμόν. v. 27. Εσθλή. ) τεργάτης, vocat diem 14. τεργάτης μέσης, qui puellæ gignēdē bonus est, quia Luna tum abundat humore, cuiusque lumen est gelidū magis, & calor temperatior. quapropter etiam animantia, cum tunc propter humoris abundantiam mitiora sint, facilius cieurantur.

PAG. L X. v. 3. Τεργίδης. ) Quartum diem a fine mensis & decimum quartum, vel ( vt alij volunt ) quartum & vigesimum quartum improbat: tum enim & oppositio & interlunium lēdunt corpora. Qui laborant cholericis morbis, ad postremam quartam magis languent; phlegmatici contra. v. 7. Πέμπτης. ) Quintos dies monet fugiendos, nempe v. xv. & xxv. cuius rei nullam adfert rationem naturalem, sed eam quae est de religione, nempe quod tunc futuræ obambulet, & pœnas expetat a secleratis hominibus. v. 10. Μίσητης. ) Monet Poëta fruges ventilandas a plenilunio, quia sub id tēpus excitantur venti, & aura siccior est. Prodest autem importari frumentum sicciss: nam inadidum importatum statim corruptitur. v. 12. Βάλλετ. ) ίλετ. Iubet secari ligna ad thalamos & naues, quod materia quæceditur decrecēte Luna, firmior sit; quæ vero crescente Luna, illico putrefacit. v. 13. Νητη. ) In quibusdam exempl. interjectur hic versus, οὐδὲ κατέβη μάλεται τελεῖσθαι σθέρρω. Sed quoniam is supra habetur pag. 34. v. 12. abendare omnino videtur. v. 15. Εἶνες. ) Nona dies media, i. xix<sup>4</sup> meridiana, melior est. ιπιδέλα aduerb. pluralis numeri, vt ιπιδέλαι. Quidam legunt ιπιδέλα. Deriuatur a δέλδα, crepusculum. v. 16. Πρωτηγη. ) Prima nona dies, scilicet a principio mensis, innocua est propter terzeniūni aspectū cum Sol abest a signis. v. 18. Αριες. ) ιπποτε πάγκη. Prouerb. Nullus dies omnino malus. v. 19. Παῦροι. ) Loquitur de xix. die mensis, biduo nemptante ιπποτε πάγκη. v. 20. Αξαντ. ) Græcisimus proaperire dolium. v. 23. Ειρύα. ) παῦροι. δέ τ. &c. id est, pauci certe scruant hoc dierum

# I N H E S I O D V M

diximus) & scutum Herculis vocatur, quod eius præcipua  
sit in hac cōparatione descriptio, sicut apud nos Somnium  
Scipionis dicitur. Haec igitur de ipsis vocabulis initij. Ordin-  
tur autem Poeta a commendatione Alcmenæ, quæ Amphitryonem  
patris interfectorem Thebas secuta est. v. 20. Νό-  
σφιν.) Declarat, occasionē suscepiti belli ab Amphitryone.

PAG. LXIII. v. 11. Αὐδράστι.) Legitur etiam φυρδύσαγ.  
v. 18. Εὐρή.) Sunt exempli, quæ habent Εὐρή cū φιλ.

PAG. LXVIII. v. 19. "Ος αὐθιπάτη.) Multa exemplaria  
& quædam m. s. pro δῆμοι hic habent δῆμοι, nō sine magno  
fædoq; errore: cui tamen facillimū erat incedri, vel eo mo-  
do quo nos fecimus, vel sic, "Ος αὐθιπάτη δῆμοι τοφέπερ  
τοφέτ. v. 21. Σχίτλιθη.) Hic etiam pro μέλαι cū Palat. cod.  
reponimus πολλά, ut constet versus. v. 23. Αἰνέρ.) pro  
ιπτέλαιτο legitur etiā ιπτέλαιτο. m. s. Palat. priori assentitur.

PAG. LXXI. v. 6. Ηθεῖται.) ita c. Palat. Altij ἡ θεῖται. v. 17.  
Φυλόποδα.) Palat. φέρπεργο. v. 19. Θυμῷ.) Nonnulli co-  
dices habent μύλῳ.

PAG. LXXII. v. 7. Καθεῖται.) Est alia lectio, quæ pro  
δὲ ιπτέλαιτο, ut cit in Palat. habet δὲ τοι ιπτέλαιτο. v. 16. Χερσί.)  
Sequitur iam clypei Herculis elegantissima & admirabilis  
descriptio. In m. s. Palat. & fere eodem modo Ald. & Flor.  
editionibus præfixus est titulus huic versui, Αρχὴ Στιπτεραι-  
ματος τῆς οἰκείας τοῦ θεοῦ quasi vero præcedentia non pertineant  
ad idem opus. v. 20. Λαμπόμενος.) Alias κυνέα.

PAG. LXXV. v. 3. Σειρήν.) Quidam malunt, μιλάντι:  
eadē tamen signif. v. 4. Εὐρή.) Est hic ιπτέλαιτο acerimē  
pugnæ αγίων q. d. prosecutio, vel pro perseccutio. Interpr.  
cū τάπεις φαστοί καὶ αγεδίωντες καὶ ὀποθεσίωντες, ὡς π-  
νες γαλλικοὶ εἰσῆραν Φραγκοὺς καὶ γὰρ οἱ πολέμους πετεῖ μὲν οἴνος, καὶ  
πελεῖται τοῦτον αγίωντες, πετεῖ διάκριτον, καὶ πελεῖται τοῦτον πελίωντες. Igitur πελίωντες cū quum iij qui fugerant, eos qui  
fugabant atque vicerant, verba Martis alca infectantur. Huic  
loco similis est ille apud Virgil. cum Troiana pubes pugnæ  
cier simulacra sub armis: Inde alios incunt cursus aliquique  
recursus Aduersis spatijs: Et nuncterga fugæ nudant, nunc  
spicula vertunt Infensi, &c. v. 15. Αμφιτρη.) Sunt cum Pa-  
lat. qui legant θωρακα. v. 17. Κυανία.) idem Pal. & quæ-  
dam alia exempli, habent Κυανία.

## ANNOTATIONES.

to per Vulcanum facto Trachinem abit ad Ceycem. Congressuscum Cygno, cum interimit, Martemq; pro filio suo pugnantem in crure vulnerat. Atque ita venit ad Ceycem. Erat autem Cygnus gener Ceycis, ob filiam Themistonoen.

PAG. LXIII. v. 6. H<sup>o</sup> om.) Dubitari a multis solet, quid sibi velit hoc ~~αντίδοτον~~ initium, quod & abruptum videtur, & obscurum, ideoque varie absurdum a multis est expositum. Nos igitur ex G. Cantero declarationem cius evidentem adferemus (cuius ille l. Auratum sibi auctorem esse profitetur) qua omnino difficultas tolli videatur. Est autem res paulo altius repetenda. Hesiodus inter cetera quæ Pausanias in Bœoticis enumerat, scripsit etiam μεγάλας νοίας, ut vocat idē Pausanias, & præterea Athenæus, & Apollonij, Pindari, Sophoclis interpres: in quibus preclarissimas quasque mulieres & heroinas perpetuo carmine celebrait, ut vel singulas pro exemplo nobis proponeret, vel unam aliquam preclarissimam cum reliquis compararet. Hinc enim dictæ sunt νοίαι, quod singulæ similitudines ab his vocibus, η οἵη, inciperent: sicut & in Homeri Bœotia factum cernimus & apud Hebræos in Pentatecho. Quocirca etiam contigit, ut νοίαι posteriores Poetæ, & inter alios Hermesianax Colophonius, Hesiodi fuisse amicam putarint, quam hoc modo celebrauerit: ut & Homerus Penelope, & alij alias. Earum igitur νοίαι fragmentum est, quod hodie exstat, Scutum Herculis, quo una comparatio earum quibus totum opus constabat quamplurimis, continetur: itaque & ab η οἵη, sicut etiā reliquæ, incipit. Exemplum unum & alterum ab interprete Pindari citatum adducam: H<sup>o</sup> οἵη Τεύχη πυκνόφρω Μηνιονίκη, H<sup>o</sup> τίκη Εὐφημού γανόχω, &c. &, H<sup>o</sup> οἵη Φείη Χαρίτων δέπλη κρήνη ιχθυοῖς Πλειαῖς παρ' ὑδωρ κρελῆ ναίσκοις Κυριών, &c. His omnino simile est nostrum illud, H<sup>o</sup> οἵη ωραία πεπονη, &c. Vnde patet error scholiastis Græci Tzetzi, qui non ή, sed η legit, ac οἵη vel per admirationem dictum, vel superflue positum putat. Nec melius sanci interpretes, qui *Heu qualis*, vel *qualis illa* exposuerunt, cum, ut nos vertimus, verba sonent, *Aut qualis*. Inepte quoque *τοις νοίαις* quidam *Matutinas* vertit. Et quanuis hoc opusculum magni sit operis fragmentum, proptio tamen insignitur nomine (ut antea

# IN HESIODVM

τὸς.) Aut retinendum ἐπίστρεψε, vt supra, aut φύσιστη,  
vt in Palatino. v.21. Οὐρῆ.) Legitur etiam μαντίχως.

PAG. XCVI. v.12. Ως (φ.) Palat. Arrian. v.20. Εστιτ')  
m. s. Ἡρακλῆ. editi quidam Ἡρακλῆ.

---

## B R E V E S A N N O T A T I O N E S *in Theogoniam Hesiodi.*

PAG. III. v.5. Καὶ πελαγοῦ.) In nonnullis exemplaribus  
est Τερμηνοῦσι. Et vers. sequenti quidam diuidunt ἴντρα  
κλεῖσις.

PAG. IIII. v.8. Θείου.) Magis placeret altera lectio, ἡνα  
κλείσιμη, si cum ea state posset versus, quod infra quoque.  
Poëta utatur verbo κλείνειν. Quid si vero legamus ὡς κλείσι-  
μη; v.24. Αρχόμεν.) Altera lectio, λέγεται, videretur for-  
tassis melius conuenire, si mensura versus ferre possit. Sen-  
sus certe est manifestus, idem nempe qui est. v.10. Σφαῖ-  
ριστοὺς πεπάτοις περὶ γέρεας αἰτίας ἀτίθετον qui commode effici-  
noni potest, si legamus λέγενται, nisi ita exponamus: καὶ λέ-  
γενται αἰτίας, sub. αἰτίας υμετέρας.

PAG. VII. v.8. Ἡδὲ ἔπειχ.) Secundum quosdam esset  
scribendum κάρπας, quod εἶται corripiatur: sed nō assentium-  
tur veteres codices. v.9. Μέμβλη.) Ald. edit. habet μέλει;  
Germ. μέλεται; Venet. μεμέληται. Sed notum est ex Ho-  
mero, μεμέληται contrahi in μέμβλεται.

PAG. XII. v.5. Βρέπτε.) Hæc lectio Latinorum Poëta-  
rum testimonij confirmatur. Altera autem ἀπεργήσθω ha-  
bet pro στρέπτω. v.10. Κυκλ.) al. τῶν, al. τετρ. patet au-  
tem legendum esse τέσσερα, pro τέσσερι per diæresin.

PAG. XV. v.25. Μήδια γ'.) Non video quomodo ἀδι-  
μεντον, ad sensum applicari possit. Lege itaque cui exem-  
plari Venetiis excus. ἀδιμεντον, & in interpretatione Lat. pro  
ferrum, ferro reponendum. Nam κάρπας, & quæ sequun-  
tur, de ipsis genitilibus omnino intelligenda sunt. Ibidem  
q. Ηπειρός πον-

PAG. XVI. v.19. Φάσκι.) Τιτανοῖς quidam expo-  
nunt nocentes. sed iudicet lector num potior sit interpreta-  
tio, extendentes, scilicet manum.

## ANNOTATIONES.

PAG. LXXVI. v. 3. Τοιδ'. ) Alij malunt κρέας τε, & irascebantur, seu incedebatur. & ita Palat. v. 5. Ε, οἱ λό. ) Alludit ad pugnam Lapitharum cum Centauris in nuptijs Pitithoi. v. 13. Αρχτο. ) Alia exempl. habent Θάσος τε.

